

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8673

Auteur(s) : Robert Ier, Alençon (comte)

Bénéficiaire(s) : Neufchâtel-en-Saosnois, Notre-Dame de Perseigne (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1191, 6 mai-1217, 8 septembre]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

CHARTRE DE ROBERT COMTE D'ALENÇON FILS DE JEHAN. — Robert, en prenant la succession de son frère et de son père, reconnaît les privilèges de l'abbaye de Perseigne et confirme toutes les donations qui lui ont été faites depuis la fondation.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fleury Gabriel, *Cartulaire de l'Abbaye cistercienne de Perseigne*, Mamers, Fleury et Dangin, 1880, n° VII, p. 17-19.

Dissertation critique

Robert Ier succède au comte d'Alençon à son frère Jean II (mort le 6 mai 1171) et meurt le 8 septembre 1217.

Texte d'après a

Universis sancte matris ecclesie filiis, baronibus, baillivis, militibus et hominibus suis ad quos littere iste pervenerint, Robertus comes Alenconis, filius Johannis comitis salutem. Noscant presentes et futuri nos dedisse et presenti charta confirmasse Deo et Beate Marie de Personia et monachis ibidem Deo servientibus omnes libertates et quietancias illis ab antecessoribus nostris datas et concessas. Ita tamen predicti monachi habeant et teneant omnes possessiones et eleemosynas suas et quicquid jam acquisierunt sive in posterum, Deo propitiante, acquirere poterunt aut eleemosyna aut propria emptione de baronibus et aliis hominibus meis cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et quietantiis suis in bosco et plano, in omni loco potestatis nostre, cum omni jure, jurisdictione et districtu possidendas. Concedimus etiam dictis monachis et confirmamus burgensem unum quem habent in villa Alenconis et heredem ejus quem comes Guillelmus avus meus dedit eis pro suis negotiis agendis cum omnibus ad dictum burgensem pertinentibus, et specialiter feodum Bertholomei et volumus quod dictus burgensis gaudeat de omnibus libertatibus et usagiis presentibus et per omnia sicut monachi supradicti. Concedimus etiam dictis monachis et hominibus suis presentibus et futuris et propriis condonatis eorum omnimodam libertatem per totam terram meam et volumus quod ipsi habeant et teneant omnes res et possessiones suas solutas, liberas et quietas ab omni taillia, seculari servitio, exactione et opere servili et omni alia consuetudine et de omnibus que ad nos et heredes nostros noscuntur pertinere. Concedimus etiam eis usagium suum per omnes forestas meas ad omnia necessaria sua, nec volumus quod ab aliquo serviente nostro forestario vel custode forestarum valeant molestari, et quia foreste sunt longe ab eis et forte non exspectant vel exspectaverint annis singulis, futuro tempore nolumus quod istud predictis monachis vertatur in prejudicium quin possint in dictis forestis usagium suum capere quotienscunque voluerint et sibi viderint expedire ; et ut omnia supradicta dictis monachis bene et integre inviolabiliter observentur

et ne ab aliquo valeant molestari super premissis vel aliquibus premissorum, presentem chartam sigilli nostri munimine fecimus roborari presentibus Roberto de Nuilleio, Roberto de Garennis, Roberto Garel senescallo, Odone Louet, Radulpho de Convaise et multis aliis.